



FRIDERICVS cognomento Oenobarbus, à colore
 barbæ ruffæ, genere Sueuus, patre Friderico, qui frater
 Conradi regis fuit, natus. Huic præter uirtutes corporis,
 ingens accessit animus, disciplina militaris, prudentia ad
 quæcunque subeunda pericula, peritia rerum et summa
 fœlicitas. In Italiam descendens, Derthonam capit, quam
 postea euertit, ab Hadriano inauguratur, & redeundo
 Cremonam obsidet, interim Alexander fit Põtifex, in quẽ
 apertas, ex caussis, sumpsit similtates, et in se etatur. Octa
 uianum in locum eius creando Pontificem. Mediolanum
 solo equat. tertio & quarto Italiam intrans, Alexandriẽ
 ex urbe fugat. Infœliciter tandem Mediolanenses aggres-
 sus, uix fuga elapsus est: Similtas q; Imperatoris & Ponti-
 ficis deponitur, & sunt amicissimi. Ipse Syriacæ intentus
 expeditioni, in annis transitu mersus dicitur. anno impe-
 rij. xxxviij.